


RÉCUE  
DE  
VERRS

D E J U N I







UNIVERSITÉS DE PARIS  
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE  
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05

TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sibil

SU


Cote U 65 in-4


1153320433



H.F.u.65.

~~D.X.58.~~





N. II. 55 pieces

livre  
Recueil  
de  
vers

de l'Université  
E

à relire en vain

Table générale des pièces contenues  
Dans ce Volume

1. Du Boulay (P.) *Illustriss. archiepiscopo Paris. restitutam in integrum Valetudinem gratulatur.*
2. *Cathedra Roennae ab Jo. Roenno, Rotomagensi, super Lutetiae fundata, et uno in collegio sodalitoq; Sorbonae locata ad Splendidiss. Vic. Tivunum.*
3. Lenglet (de) *Regiae musae Sereniss. Delphino Xenium.*
4. Lignière (de) *De triumphali regis et reginae ingressu in Urbem Oratio panegyrica.*
5. *Sonnet à l'occasion du Panegyrique du Roy, prononcé par le recteur de l'université de Paris, sur les rimes proposées par l'Académie de Cholozé.*
6. Lenglet (de) *Illustriss. Ludovico Phelypeaux de Pontchartrain Carmen.*
7. *ib* *Magistri Antonii Haingues Bellovaci academicorum Parisiensis Apotheosis.*
8. *ib* *In librum Joannis Quintini De Cultu hortorum ex Gallico C. Perrault.*
9. *Illustriss. viro Joan. Bapt. Colbert Schola harcureiana Suplex.*
10. Brodeau (J. S.) *Ad Illustriss. abbatem Lud. Claudium Dela Chastre, cum Theses philosophicas propugnare. Ode.*
11. Hersan. No. A *Seruiss. principi Fr. A. abbati a Lotharingia theses philosophicas defendentes carmen.*
12. Fleury (J.) *ad illustriss. abbatem b. C. Du Cambout de Coislin theses philosophicas pro laurea artium in Regia Navarra defendentem 1682. Ode.*
13. Dufour (G.) *Illustriss. viro M. Le Cellier cum nobiliss. ejus ex filia Nepos G. d'Aumont ac Villeguier Theses philosophicas propugnare in collegio Harcureiano. Ode.*
14. Huillard (J.) *Luxemburgica et ultima expeditio*
15. Combard (A. L.) *Lessus in Obitu M. Le Cellier.*
16. Rollin (C.) *ad Illustriss. Virum Fr. M. Le Cellier Marchionem de Louvois cum ejus filius Camillus de Louvois, de Chevruco responderet Carmen.*
- 16<sup>bi</sup> Bosquillon *Imitation des français de la pièce ci-dessus.*
17. Lengletius *Ad Musam, cum J. Juvencius ad gratulandum ecclesiae Parisiensi de pastore novo eleganti carmine invitaret. Ode.*
18. Lenglet (de) *Regi anglorum Jacobo Carmen.*
19. Matthieu L. *Magnanimo heroi Luxemburgensi duci, novam expeditiōnē Belgicā ur meditante Victoriae Vaticinum.*
20. Rollin (C.) *Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois cum Theses philosophicas tueretur. Carmen.*
20. Bosquillon *à M. Labbe de Louvois sur la Thèses qu'il dédie au Roy. Imitation des vers latins de M. Rollin.*

21. Rollin. (C.) *Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois, intabulam ab eo regi dedicatam,*  
*cum theses philosophicas tueretur. Carmen.*
- 21<sup>bis</sup> Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la thèse qu'il dédie au Roy, *Imitation des Vers latins*  
*de M. Rollin*
22. Morain (P.) *Ludovico Magno, cum ei post expugnatum Namurcum illustriss. abbas C.*  
*Le Cellier de Louvois, theses philosophicas dedicat. Ode.*
23. de Bailly. (L.) *Illustriss. henrico Feudeau de Brou, carmen panegyricum.*
24. Courilliard de Laval. (J.) *Musae Marchioniae Doctiss. et clariss. D. Joan. Couture heneasyllabi.*
25. H. L. .... *In Ludovici magniorationem panegyricam quam dicebat Alexius Artus. Carmen.*
26. Ogardias (Dom Jer.) *Traduction d'un poeme latin fait à la gloire d'Armand Gaston abbé de Rohan*  
*de Soubisse à l'occasion du panegyrique de Louis le Grand, par Fiot.*
27. (us) *On second exemplaire.*
28. Lenglet (de) *Montes expugnati.*
29. Fiot. *Clarissimo Viro Jacobo Leullier Carmen.*
30. Fiot *Ornatissimo Claudio Leullier carmen.*
31. (us) *Doctissimo et Ornatissimo Viro C. Rollin Carmen.*
32. C. J. S. *Clarissimo Viro D. J. Couillard phalencus.*
33. Fiot. *Clarissimo Viro D. D. Salomonii Prioux. Carmen.*
34. *Ecclesia parisiensis catulaunensem ecclesiam solatur de adepto praesule*  
*querentem. Elegia.*
35. *Ad illustriss. L. A. de Noailles. Ode.*
36. *Symbolum Ieroicum.*
37. *Catulaunensis ecclesiae querelae post erectum ad sedem parisiensem illustriss.*  
*L. Ant. de Noailles. Elegia.*
38. Pestel (P.) *Seculi ultimi prosopopoeia.*
39. (us) *La description du dernier siècle.*
40. (us) *Jacobo Secundo Magno Britanniae regi Mausoleum.*
41. (us) *Ehreni.*
42. (us) *In obitum Sereniss. Philippi Borbonii aurelianensium ducis epigramma.*
43. (us) *Ad Sereniss. principem D. Franciscum Rakotzi Dynastes Daciae, Carmen.*
44. (us) *D. O. N. Rhythmus.*
45. (us) *A nobilem et eruditum abbatum Petrum De Berulle cum publicas ac*  
*universa philosophia theses propugnaret in Cardinalito, Ode.*
46. (us) *In statuam regiam equestrem epigraphae.*
47. (us) *Ad Reetorem. Ode.*

48. L.R. E.P. Orangino dictis, factisque cassus. Ex gallico Seraphini Regnierii.  
49 Reverendiss. Car. Franc. Maurino. Ode.  
50. In Miserum grammaticum cui efflagitanti sua divina opera erudita, terse,  
polita, aurea dederat D.D. Nicolaus Boileau Despreaux. Variorum  
epigrammatæ.
- 51 In redditum Philippi Vadi hispanias. Ode.  
52 Pestel. (T.) ad Illustriss. Virum D. Nicolai Desmaretz cum nobiliss. abbas Petrus  
Desmaretz ejus filius theses philosophicas palam propugnare. Carmen  
ad Illustriss. Virum D. Nicolaum Desmaretz cum nobili & eruditiss abbas  
Petrus Desmaretz ejus filius publicas de universa philosophia theses  
propugnaret in Cardinalitio. Dialogus philosophia, Rhetorica  
Paina.
- 53 iij  
54. iij  
55. iij Triumphi astreæ, seu mariae ad laudes angustæ pacificus in Galliam  
adventus. Ecloga.





N. II. 48

# ORANGIUS

DICTIS, FACTISQUE CASSUS.



EX GALLICO

SERAPHINI REGNIERII.

**G**UILLEMUS ausis insolens prioribus,  
Et impotente tumidus arrogantiâ,  
Sic est locutus. Ibo, & audacem premam,  
Frangamque Gallum. Quippe centenis virûm  
Campos & urbes obsidebo millibus.  
Et hinc, & inde quas petet fugâ vias  
Terrâ, marique præstruam, ut ne quà pedem  
Ferre, aut lacertos ne movere sit potis,  
Hac dum resistet illigatus compede,  
Quæ firma regni sunt adhuc repagula,  
Dunkercam, & Ypras, Cameracum, & Insulas,  
Impulsa ferro protinus remoliar:  
Ut, quæ occupavit Marte raptor oppida,  
Priscis remittat cuncta possessoribus.

**G**UILLEMUS ore talia, hæc factis dedit.  
Magnum superbis classibus tranat mare,  
Hoc primùm, & urbes per Batavas regio  
Pompam apparatu vanus ingentem explicat,  
Seque antè Dominis approbat Regem suis.  
Hagam triumpho deinde vectus, Principum  
Huc evocato coetui se venditat  
Rerum potentem quà Britanni funditur,  
Et quà Batavi cumque pontus, ac solum.  
Hi gratulatum simplice haud choragio  
Venêre terris de procul Germanicis,  
Et se obsequelâ mancipatum sordidâ,

Et arma Regi prompta jactatum novo.  
Promissa blandus ille magnifica excipit,  
Nec policeri magna parcit invicem,  
Quæ mox abibunt omnia in ventos leves.  
Mensis labores nos tamen dapalibus,  
Vinoque præstat inchoare Martios,  
**G**U<sup>I</sup>L<sup>E</sup>L<sup>M</sup>US inquit. Sera dum lento pede  
Moratur æstas, dum calet multo focus  
Ab igne, liceat poculis capacibus  
Certare; vacuis, nam mihi cautum est, cadis;  
Perennis unde suppetat Bacchi latex.  
En illa cellis nostra sunt Remensibus  
Reposta Franco vina, si junctis modò  
Huc ire castris suadeat virtus viam;  
Istinc bibendum est. Lætus acclamat chorus;  
Remos per amplas porticus cuncti crepant,  
Remosque lances inter extuctas eunt,  
Paterisque Remos occupant spumantibus.  
Ac dum propinant grandioribus scyphis,  
Et dum tumultu fervet aula maximo,  
Properata mensis nuncius vestigia  
Infert repente: &, vos, ait, convivia  
Miscetis: urbes interim vestras quatit,  
Et sæva Francus arma sub MONTES ciet.  
Vix hæc: & altis illiçò silentia  
Fecere teat. Mutua inter se diu  
Spestantque, respectantque, si quid consili  
Fas extudisse. Denique id cunctis placet,  
Ire, & cohortes foederatas MONTIBUS  
Raptim admovere, quas habet præsentia  
Quisque expeditas Ductor ad pericula.  
**G**U<sup>I</sup>L<sup>E</sup>L<sup>M</sup>US ergò corripit MONTES iter:  
Venit, videt, propinquat, & sinit capi.

Neque hæc laborum meta GUILLEMUS fuit.  
Videre muris castra Bruxellæ suis  
Bis applicantem, fata dum Franco parat  
Extrema. Properum finibus nostris dehinc  
Impressit agmen, & Dinanti mœnibus  
Suffusa flammis lumina intorquens, dies

Obambulavit usque ter denos ; procul  
Multus & minatus laureatum militem  
Secum revexit littus ad Britannicum,  
Infecta veri coepta servans proximo.

Pavete Galli , nam ferox renavigat

GUILLERMUS ad vos. Nec moram fecit viro  
Amor suorum , quin citus , victoria  
Quacumque signat gloriæ viam , advolet.  
Superba nec promissa retractat magis ,  
Quanquam NAMURCI moenibus MAGNUM refert  
Instare certus rumor. Immò istic , ait ,  
Illum manebam. Saxa Francos impetus  
Satis refringent illa , ut Hispanus mihi ,  
Anglusque bello casset. Haud erunt tamen  
Auxilia longè nostra , si manu est opus  
Hostem emovere. Castra sic fatus rapit  
Recta NAMURCUM. MAGNUS incœptum haud secus  
Urget laborem , turribusque fulminat  
Præsens sub altis inter ignium globos  
Mortem ferentes , voce , dextrâ militem ,  
Et bella magnis tota nutibus regens.

Age nunc tubarum , Musa , majore increpa

Martem sonore. Præliator expedit

GUILLERMUS arma jam NAMURCO proximus;  
Priùs catervas quam tamen bello explicet ,  
Prudens rapaces amnium Franco , ac sibi  
Obtendit alveos. Deinde , jactis pontibus ,  
MAGNUM sub arcis nunc prior laceſſere  
Optat ſedentem : nunc retrò pericula  
Provisa retrahunt. Denique hæc ſententia  
Potior putanti viſa , vulſis pontibus ,  
Servare BELGIS quæ ſupersunt oppida.  
Nam quòd NAMURCUM ſe vidente concidit ,  
Propiusque ſubſidente quam ad MONTES priùs ,  
Moram triumphi deputat brevem ſui ,  
Vires , & animos uſque dum receperit  
Amiſſa dominis redditurus moenia.  
Hoc ille meditans , tempus auctutum rei

Captat gerendæ ; MAGNUS ut pedem extulit  
Belgarum ab arvis. Creber huc , atque huc movet;  
Metatur , it , subsistit : omnes implicat  
Lentus , celerque , certus , incertus vias.  
Tandem remissâ lenis iracundiâ ,  
Fessusque longis ambulationibus  
Parcit NAMURCO bella Steinkerkensibus  
Moturus agris rursùs infelia ,  
Spectata longè bella , vixque plurimo  
Angli obstinantis expiata sanguine.  
Quæ cuncta postquam cedere incassum videt ,  
Dunkercam inani ut verberet formidine ,  
Amens dolore nuda propugnaculis ,  
Murisque dudum , testa Furnarum involat ,  
Portisque viator irruit patentibus.  
Stupuere Furnæ Principis tanti manu  
Meruisse tantâ vinci : & ille nobili  
Revisit Anglos inclytus facto suos.

Sic magna demum verba factis asserit  
Spes ille Belgis , ac Batavo proxima :  
Tutela Iberæ gentis , & Britannicæ ;  
Qui si remenso talia audebit mari  
Redintegrare bella , nil credam absore  
Quin Marte reliqua Belgici invadat soli ,  
Magnaque regnet MAGNUS Antuerpiâ.

L.R.E.P.